

²¹
B2281

142

habet III. 4676.

VIRO
SUMME REVERENDO MAGNIFICO AM-
PLISSIMO ATQUE EXCEL-
LENTISSIMO
DOMINO
VALENT. ERNESTO
LOESCHERO

THEOLOGIAE DOCTORI EIUSDEMQUE
ANTEA IN INCLVTA SAXONVM PROPTER ALBIM ACADEMIA
PROFESSORI PUBLICO LONGE CELEBERRIMO ALVMNORVM ITEM
ELECTORALIVM EPHORO GRAVISSIMO

NVNC VERO
IN AVLASAXONIS REGIA ET ELECT.

SACRI ORDINIS ASSESSORI ET SACRORVM DRESDENSIVM
ANTISTITI MERITISSIMO

PRID. NON. SEXTIL. A. C. M. DCCIX.

RITV MOREQVE CHRISTIANO
IN AVGVRA TO PARITER AC CONSTITVTO

L. M. Q.

GRATVLATVR

SAMVEL BOHV.

DRESDAE PRELO RICHTERIANO,

Praeclentissimi Dom Michaeli

Non me ulla temeritas, sed humanitas Tua,
longe celeberrime LOESCHERE, induxit,
nominis pariter gloria commovit, atque ar-
dor, qui me decet, pietatis inflammavi; quam-
obrem Tibi nova honoris ac dignitatis ac-
cessione publice gratularer, gratulationisque
officium bene & religiose precando confit-
tarem. Quod tanto minus abunes & recusabis, quanto mag-
gis Tibi a me hanc grati animi significacionem deberi cognos-
ces. Etenim quae abs Te in me ipsum, popularesque meos,
diviniorum literarum causa Vitembergae agentes, profecta
sunt, tantum abest, ut animo meo excederint, ut potius ea praed-
dicare atque recolere, semper & præcipue elaborare. Omni-
no tantae sunt Virtutes Tuae, tanta in coetum DEI universam-
que publicam literaria rem Tua promerita, ut earum excel-
lentiam & magnitudinem, non dicam Romanas eloquentiae
principis copiosa oratio, sed vix cujusquam mens aut cogita-
tio capere possit. Nihil tamen a vero alienum dixerim, si Te vivam
Divi AURELII AUGUSTINI exprimere imaginem, pace Tua,
ingenue confitebor. Ille certe summo ingenio summaque do-
ctrina suis temporibus maxime florebat, propterea, quod &
rerum divinarum peritus erat, & humanarum scientiam singu-
larem habebat, de omnibus vero scribebat prompte ac disser-
bat, ut gravissimo Lutheri divini iudicio, inter scriptores sacros
principem obtinere locum videretur. Ea vero Te, VIR SUMME
REVERENDE, incredibili vi mentis, nec minus in omni gene-
re doctrina plane solida, quam prope divisa dicendi copia, no-
stra elucere memoria, omnes necum, & maximi eruditorum
existimatores confitentur aequi, ac magnopere admirantur,
quoniam etiam quantum literis, quas Oryens continet, Augustino
praestes, sempiterna Tui ingenii monumenta dudum teflancut.
Ad laudem Hipponeñis sanctorum ANTISITITIS hoc in primis per-
tinere videtur, quod divinas veritatis hostes adeo fortiter oppu-
gnaverit, ut *Malleus haereticorum* jure meritoq; audiret, sed tamen,
five scriptis, five lingva, cum iis congregaretur, non solum con-
viciis decerpavit unquam, sed ne contumelias quidem laeßitus
regessit maledicta. Qua in parte laudis praeter Hieronymum
excellebat, quod mansuetudinis retinens solo argumentorum
pondere se veritatemque tueretur. In societatem quoque hu-
ius

ius laudis Te, *VIR EXCELLENTISSIME*, offers, qui quidem pro
veritate aeterna propugnas, atque in impetus hominum, novis
doctrinis studentium, Te continentem objicis, ac eo minus acer-
be consecutaris quenquam, quo magis ab odio & inimicitia alienum
animum habes, & literarum sacrarum praesidio Te munire
soles. Quamobrem nec in obrectantes atq; in errorem prola-
pos divinas expetis poenas, sed pro modestia Tua, ut in viam re-
deant, quasque admirerunt noxas agnolant, quoridianis ab Nu-
mine precibus contendis. Tanto ille opere *ANTISTITES* desidio-
fissimum otium detestabatur, ut omne studium atque ingenium
non tam ad privata, quam ad amplificanda commoda publica
conferret, & vel scribendo, vel pro suggeſtu dicendo, suam ma-
gnamq; diligentiam comprobaret. Nec tamen minorem Tu, *VIR
AMPLISSIME*, industriam ostendisti tempore omni, quippe
qui nunquam vacare nunquam ita otiori vixisse es, quia aut do-
ctrinis aliorum animos voce erudires, aut si id non ageres, ali-
quid de literis Tuis ad orbis literati afferres fructum, & in aspe-
ctum lucemque proferes. Nullas unquam molestias com-
munis utilitatis cauſa, recubas adeo, ut quantum ceteri ad
res suas obeundas, quantum ad animum ex laboribus reficien-
dum tribuerent, tantum Tu, non interpellatus nedum rogatus,
Tua sponte in studioſae iuuenturis impenderes emolumen-
tum. Ut autem iusta laude, ita admiratione digna estrarissimi e-
xempli Hippomenium *PRAESVLIS* pietas, cuius studio tem-
poribus quamvis alienissimis, nihil tamen antiquius habuit, &
quo malevolorum artibus preſſae res pietatis respirarent, pra-
eter aedes publicas lacras, privatas item divino cultui docendo
& exercendo conſtituit. Id quod documento eit, Praefulem
hunc morum sanctitate cum oraculorum divinorum scientia
coniuncta non fecus, ac eruditione literarum eminuisse. Si
quid unquam hoc certe miratus sum praecepue, Te, *VIR* longe
celebrime, non graviore cura studiūſſe, quo puram doctri-
nam alii abs Te haurirent, quam ut doctrinae, cuiusque ratio-
nes vitae emendatae responderent. Hac de re, & in aedibus Sa-
cristis, & Academicis, & privatis, lapsos & per malitiam inventos
mores coarguendo corrigebas, atque ad vitae sanctimoniam,
non simulatam, sed veram fiducia Christi nixam, Tua quasi
manu duebas, ut nemo tam pervicaci fuerit animo, qui non
ad pietatem colendam excitaretur, & ab impio vitae genere
exemplo perinde tuo, ac praeceptis revocaretur. Commen-
da;

dabat se omnibus AVGUSTINVS mira humanitate , cum sumitem facilemque aduersus superiores pariter , & inferiores magis conuentudine , quam merito alicuius praebaret , & egenitibus quacunque ratione posset provideret . Talem utique humanitatis & officii plenum Te , *VIR MAXIME REVERENDE* , omnibus declarabas , qui ad Te , aut doctrinae , aut officii , aut denique opis petendae causa , ventabant . Nam aditu nemini intercluso , eruditiois Tuae thesauros ultro & libenter recludebas , & alienae opis indigentes , nec modo frequenti solatio consolabaris , sed consilio fideli regebas , sed praefenti ope sumptuque iuvabas , atque adeo ab hac conuentudine bene merendi nunc , quam recedebas . Quia de causa multi Vitenbergae , in Te Doctorem , Fauorem , & non tantum benefactorem munificissimum , quod parum est , sed parentem suac omnis felicitatis habebant . At vero haec meritorum & laudum Tuarum extrema non sunt , quod putem Tuam gloriam tam angustis terminis circumscribi , sed cum ceterae Tuae dotes , uti magnae , ita proprie innumerabiles , eas , quas in Augustino colimus , suparent , nec a me satius exprimi queant , veneror illas magis admirorque . Vedit profecto & sulpexit , has sine exemplo maximas dotes , clarissima sapientiae sedes Vitemberga , quae quemadmodum tanto ornamento ac praefidio aucta , vehementer & gaudet , & fibi gratulabatur , ita nunc eo destituta , merito vicem suam dolet doloremque magnum lacrymis testatur , Dresdena autem laetitiae sensu excitata optimo iure plaudit , suum Antifitem laetis acclamationibus excipit , atque in spem venit certam , fore , ut denuo Bulaci , Luci , Carpovii , Schraderi , fibi reddantur . Sicut vero hanc felicitatem Milnensem principi urbium ex animo gratulor , ita mirum in modum laetor , tub hoc ipsum tempus me hic commorari , quo in societatem gratulantium venire , partesque grati hominis peragere queam , qui etsi eloquentia multis , tamen pietate erga LOESCHERUM nulli concedam . Quod cum omni procul dubio coelesti DElim mortalis consilio provisum est , idem Summum , quod omnia moderatur Numen , quanta possim maxima religione animi oro , polco , Ragiro , ut Te , longe celeberrime LOESCHERE , semper prospera valerudine & fibi simili lospiter , omnia , quae suscipies , cogitabis , aut ages pro salute rei Christianae , bene & feliciter evenire finat , nec modo Te , religioni , Dresdae , ac florentissimae Tuae familiae decus juxta & praefidum maximum , in possessione perpetuae felicitatis conservet , sed & sua quartaque via a nobis concipi vel exoptari potest gratia complectatur .

Ung VI 4

(x 2743293)


ULB Halle
006 310 079

3



6017
6018

corde.
na benigna
libis.
es,
a , virentem
regna
gravata:
ventus.
ermen,
ennæ.
penatus!
er
er
nd
c
e
a
a
fa
nt
t
5
4
3
2
1
0



142
habet III. 4676.

VIRO

SUMME REVERENDO MAGNIFICO AM-
PLISSIMO ATOVE EXCEL-
LENTISSIMO

DOMINO VALENT. ERNESTO LOESCHERO

THEOLOGIAE DOCTORI EIUSDEMQUE
ANTEA IN INCLVTA SAXONVM PROPTER ALBIM ACADEMIA
PROFESSORI PUBLICO LONGE CELEBERRIMO ALVMNORVM ITEM
ELECTORALIVM EPHORO GRAVISSIMO

NVNC VERO

IN AVLASAXONIS REGIA ET ELECT.

SACRI ORDINIS ASSESSORI ET SACRORVM DRESDENSIVM

ANTISTITI MERITISSIMO

PRID. NON. SEXTIL. A. C. M. DCCIX.

RITV MOREQVE CHRISTIANO
INAVGVRATO PARITER AC CONSTITVTO

L. M. Q.

GRATVLATVR

SAMVEL BOHV.

DRESDAE PRELO RICHTERIANO,

Præcellensissimo Dno Michaely